Mira quis hoc noſtro QVADRANTIS commoda ſeclo
Succinctâ juvenes dexteritate docet?
Author idem, fama præſtans uſúque Matheſis,
Huic igitur grates, lector amice, refer.
Tantarum ſi te fugit admiratio rerum,
Vel ſi turpe tibi talia noſſe putas:
Crediderim certè tua quod Titania Circe
Pectora ſetigeri fecerit eſſe ſuis.

M. Caſparus Brülovius P. L. Cæſ.
Poët. Prof. & Sec. Claſ. Præcept.

IV.

SPreta jacet paſſim, rarum WELPERE Matheſis
Cultorem reperit, diva ſit illa licet.
Diva ſit illa licet, vana & nugoſa vocatur:
Vanorum ô vanos & ſine mente ſonos!
Debita ſed per te reparatur fama Matheſi,
Non nugoſa magis diva Matheſis erit.

Bernh. Wachmann, Med. St. & P. L.

Verzeichnuß

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn265324874/13
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG